

1516^o ig 23 Aprilis.

77

Sigismundus Silesius Rex Poloniae
Casimiro Duci Tessinensi

22

Illis Princeps et Dño amice
et affinis noster Charissime
Fecit nobis Illustre vestra rem valde gratam
quod nos Literis, et Nuntio suo inviserit. Su-
mus hic quidem in magnis Difficultatibus,
et curis, tamen gratiam Dei bene valeamus.
Bellum nostrum, quod nunc gerimus, nesci-
mus adhuc quorsum Declinabit. Hostis No-
ster, continet se intra Dominia sua. Nihilominus
Nos, non solum, ut nos circumvenire
non possit, curamus, sed etiam, eum urgere
non Desistimus. Nostri enim milites, qui sunt
in confinibus, crebras illuc ad terras ipsius
faciunt incursiones. Et benignitate Dei
semper incolumes, et praedam onusti revertuntur.

Dux etiam Constantinus, his
transactis Diebus, non parvam Tartarorum
manum profligavit, et ut cunque passus
sit, nonnullum in suis Dispendium, et in ta-
li ludo fieri oportet, tamen victor evasit.

praedamq; omnia

prædantque omnem ab illis abegit.

In istis inquietudinibus nostris, multum nobis Dolens addidit, mori
Fraternæ in diis, simul ac sollicitudinis, De
rebus Serenissimi Domini Ludovici Regis, pro:
pter quas mittimus ad Conventum Generalem
in Hungaria, Oratores nostros insignes,
qui omnia quaecunque expedire videbant,
Illius in diis, bono statui et Regimini, agant
et consulant nostro nomine, Rogamus It:
clementiam Vestram, ut etiam, pro debito suo
faciat omnem suam operam, ut ipse sta:
tus et Regimen Illius in diis, tam in Regno
Hungaria, quam etiam in Polonia, in bo:
no ordine constituatur.

Non libenter videmus quod
Filius olim Domini Ducis Lathoriensis
impedit Illi vestram, et Ejus subditus
scripservimus nos ad eum, ut se ab hoc con:
tineret, interim donec hinc ad Regnum
rediremus. Sed postquam nobis in ea re
parere noluit, Commisimus Inq^{te} Dño
Christophoro de Pydtowice, Palatino, et
Capitaneo Cracoviensi, Regniq^{ue} nostri
Cancellario, ut eum ad se advocaret. Et si

Et si ex Terris nostris inferat istas molesti-
 :as et Difficultates Illi vestre, et Eius sub-
 :ditis, Illum cohiberet, et retraheret. Sin ve-
 :ro, ex alienius alterius terra id faceret, ago-
 :ret et constitueret se cum, ita, ut prestolaret
 adventum nostrum, et interim nihil perse-
 :queretur, Tamen si adhuc Illas vestras
 intelliget, aliquid aliud, quod in hac re
 pro Illa facere deberemus, Declaret nobis
 libenter enim id omne, quod nos decebit
 faciemus. Que valeat felicissimo — Dad-
 vitne Die S^{ti} Georgij. Anno Domini
 Millesimo Quingentesimo Decimo Sexto —

Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 15 horizontal lines. A large, decorative initial letter is visible in the lower-left quadrant of the page.